

8  
29  
1/2



Prætere vobis in contestat. De i. Ben. for. sig. seu. exp. non. for.

Sub. sig. exp. hanc in. sine. Sub. sig. exp. non. for. Ita ad ead. non. for.

Præ. ma. sig. ut. sig. d. sig. non. for. q. iam. ut. sig. non. for. sig. non. for.

Præ. ma. sig. ut. sig. d. sig. non. for. q. iam. ut. sig. non. for. sig. non. for.

Præ. ma. sig. ut. sig. d. sig. non. for. q. iam. ut. sig. non. for. sig. non. for.

Præ. ma. sig. ut. sig. d. sig. non. for. q. iam. ut. sig. non. for. sig. non. for.

Præ. ma. sig. ut. sig. d. sig. non. for. q. iam. ut. sig. non. for. sig. non. for.

Præ. ma. sig. ut. sig. d. sig. non. for. q. iam. ut. sig. non. for. sig. non. for.




negat sed peccatum in male subsequentes aliquos in ordine. Peccatum  
 remittit & idem non cogit. Peccare fore ab ipso in intelligit per peccatum  
 mortale. Subsequentia de redire. Effiguit. Peccata venialia per peccatum  
 remissa. qz bono peccando de et ingratum remissioni obsequit et qz  
 contrariari. per peccatum in male. Subsequentia non esse dicit' redire  
 peccatum mortale. remissionem ut mortale. Sed hoc sequitur ut tunc  
 D. G. p. lam hic. quam p. r. c. a. ar. p. qz peccatum in male  
 est in peccatis tunc & in r. d. contra peccatum et mortale. & de non  
 contrahit iniquitates contrariam illi beneficium in peccatis  
 peccatum peccatum in male subsequentes contrariari. utique in. p. m. p. a. t.  
 peccatum maioribus beneficii suscipi ab ipso ad id tunc est. qz peccatum  
 peccatum redire aliquando. saltem in peccatis. Peccata simul remissa  
 per se in remissionem qz est. venialibus peccatis remissionem obsequit qz  
 peccatum cui iniquitas est qui tunc in venialibus peccatis. qz est peccatum.  
 Peccatum aliquando in peccatis.

IURAMENTI,  
ET VOTI NVLLI-  
BI RECOLLECTA CON-  
CORDIA, ET PRÆ MANIBVS  
ob eius vtilitatem semper  
tenenda.

PER DOCTOREM DON DIDACVM  
*de Ciria Beteta.*

ILLVSTRISSIMO DOMINO  
D. Didaco de Castejon, & Fonteca, *Turris*  
raſonenſis Eccleſiæ meritiſſimo An-  
tiſtiti, Regioque Conſi-  
liario, &c.

  
CVM LICENTIA,

Cæſarauguſtæ, Ex Tipographia Generalis  
Regij Xenodochij Deiparæ de GRA-  
Anno 1649.



Imprimatur.

*D. Sala Off. R. U. G.*

Imprimatur.

*Exea, Assessor.*

ALTHEA MVO



ILLVSTRISSIMO  
DOMINO D. DIDACO DE  
CASTEION ET FONSECA, TI-<sup>Pura</sup>  
raſonenſis Eccleſiæ meritiſſimo An-  
tiſtitu, Regioque Con-  
ſiliario.

DOCT. D. DIDACVS DE CIRIA  
*Beteta ſalutem, & æternam fæli-  
citatem.*



QVOD vnicuique mor-  
taliũ & cõcepto, &  
edito in lucem ſingu-  
lari diuini Numinis  
prouidentia contin-  
git (Præſul Illuſtriſſi-  
me) id lucubrationi-  
bus hiſce meis poſt  
foeturam ſuam præli lucem videre cupien-  
tibus magno meo bono accidiffe gaudeo.  
Habet ille deſtinatum à Deo Angelum,  
qui primum natum, inde puerum, mox ado-  
leſcentem, deinde virum, ſenem denique  
alumnum ſuum à plurimis, quibus patet,

acerbissimorum hostium in cursibus, ab innumeris quæ is undique obsidetur vitæ periculis tueatur. Habent & hæc ingenioli mei primitiæ adscitum sibi Patronum, qui vel in ipso lucis exortu erumpentes, vel temporis decursu ad vegetam, & solidam maturitatem accedentes ab invidis Zoilorum dentibus, à Theoninis obtrectantium Rabularum calumnijs, & vindicare possit, & velit. Ad te igitur tamquam ad tutelarem Angelum, & Mecænatem augustissimum sponte mentis hæc meæ primo genitæ curæ dilabuntur, ut qua vales auctoritate protegas; qua præstas sapientia, illustres; qua potes apud omnes pietatis, & prudentiæ laude efferas, & commendes. Eligendus mihi fuisti, & sine consilio: amens enim est, & helleboro purgandus de bonis deliberans, cui datum est optimum elegisse. Ecquis autem tam hebes, & testudineus, qui non agnoscat ad exortum Solis iubar stellas omnes emortuis facibus expallere? Impulit illa morum sua, & mitissimi ingenij comitas, & facilitas, qua omnes, eosque in primis, qui è tua Diocesi sunt benigne foues, & amplectaris. Auitus nobilissimi generis splendor à te non obaubilatus sed auctus

ad



ad immortalē gloriam, quam po-  
stcritas alat, quam omnis aeternitas  
semper intuetur. Amplissimū m-  
munerū non quæsitus, sed vltro obla-  
tus honor, quē auctore, & duce no-  
bilissimæ omnium Sedes, & Vrbes  
Hispaniæ obseruarunt, vt Patrem, vt  
Antistitem coluerunt; Procipiscopū  
te vidit Lucensis Ecclesia; suum  
Toletanus Archiepiscopatus susce-  
pit Gubernatorem; summum Regij  
Consilij Præsidiē coluit Castellæ Re-  
gnum; & suum nunc Tirasonensis  
Sedes, atque Diocesis Episcopum  
multis officijs veneratur. Iam tua er-  
ga tot egenorum agmina, quæ tu be-  
nignè toues, clementer subleuas ad  
munificētiā effusa liberalitas, tua,  
in quā liberalitas, *quæ te nunquā*  
*fatigat*, nisi quando cessauit, quem  
ferreum licet, & ex solido adamante  
confiatum in tui amorem nō hēctat,  
in hanc officiosam, & debitam mul-  
tis nominibus nuncupationem non  
impellat, & animet? Habes ergo de  
multis pauca, quæ me non impule-  
runt modo, sed coegerūt ad hoc ob-  
ser-

*Complutensy*

*Tirasoni  
in Pa-  
reg. ad  
Gratia  
num.*

*Cæsar.  
8. belli  
Gallici  
quod te  
stator  
esset pœ  
na im-  
probo-  
rum.*

seruantia in te mea, testatissimum  
argumentum, quod exiguum licet  
sit, & leuidèse munusculum, erit vel  
hoc vno pretiosum, quod ab infulis  
tuis pretium foenerabitur, & digni-  
tatem. Vale & persta diuturnus Re-  
ligioni Diceceli; tuis neque velis li-  
bellum hunc, auctoremque suum de  
manus osculo sub mouere.

D. PRTRI LVZON DE PASSA  
*monte in Auctoris laudem.*

HENDECASYLLABON.

**N**Vnc attollere verticem licebit  
Attea, ad Superos, tuamq; docta  
Frontem Cingere, Delphicave fronde  
En tuus tibi comparat Didacus  
Aeternum Decus, & novos honores  
O foelix nimis, & nimis beata  
Tanti prole viri, beatorum  
Cui pignore filia gemello,  
Leda pignore utroque fabulosa  
O foelix nimis, & nimis beata  
Quam vnus Ciria nobilem per orbem  
Quam vnus Ciria nobilem per astra  
Posset reddere qua nitente vultu, &  
Titan igni vomos agit iuguales.



D. IOANNES REMIREZ DE  
*Atteca, ad Oppidum de Atteca, Aucto-  
ris Patriam.*

DECASTICHON.

Vbere si glebæ, Campis si diues opimis  
Teq; magis nulla est terra benigna Polo,  
Fertilis ingenijs quam sis tua Ciria, proles  
Indigitat, faciunt hanc sua scripta fidem  
Moralis Sophiæ sic ima arcana recludit,  
Iure vt iurando se explicuisse probet.  
Plura dat ergo tibi tuus, o Atteca Didacus  
Quam dat amœnus ager quã dat habere  
Polus  
Fertilitas ab utroq; venit tibi d uitis Agri;  
Ciria te mentis fertilitate beat.

IURAMENTI,  
 ET VOTI NULLIBI RE-  
 COLLECTA CONCORDIA, ET  
 præ manibus ob eius vtilitatem sem-  
 per tradenda.

PER DOCTOREM DON DIDACVM  
*de Ciria Beteta non sine magno labore exco-  
 gitata hoc anno millesimo sexcentesimo  
 quadragesimo nono decimo,  
 mensis Februarij.*



E voto ad iuramentum  
 Doctores sepissime ar-  
 gumentantur, & è cõ-  
 tra de iuramento ad  
 votũ, conueniũt quip-  
 pè in multis, & in mul-  
 tis diferunt; quod po-  
 test deprehendi; quia  
 diuersis nominibus nuncupantur. Omnia  
 tamen in quibus diferunt, aut conueniunt  
 hoc in tractatu elegantissime inuenies, qui  
 veluti encheridion, & manuale sit tituli de

A

voto,

voto, & de iure iurando, & vt præsens conpendium breuiter absoluam. Ad quod perfectè in tres potissimum diuiditur partes. In prima voti, & iuramenti definitionem breuiter perstringam; in secūda in quibus conueniant; in tertia in quibus differant subijciam. Omnia correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ submitens.

Ad primam partem deueniendo præsuppono, quod hoc nomen *votum*. Multis modis accipitur. Primo pro volūtate, arbitrio, aut desiderio iuxta illud Horatij.

*Hoc erat in votis, velle suum cuique est.*

*Nec voto viuitur vno.*

Et in hac significatione nihil habet commune votum cum iuramento. Secundo votum significat vocem, & suffragium quod præstat in electionibus, *cap. quia propter de electio. cap. perul. eod. tit. in 6. cap. fin. 36. dist.* in qua acceptione nihil habet cōmune votum cum iuramento. Tertio, & finaliter summitur votum pro sponsione qua Deo obligamur. Vt inquit Cicero *lib. 3. de natura Deorum*, & alibi sæpè vbi ait: *Pœna violatæ religionis nullam excusationem habet*, quem locum citat. S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 3.



in qua acceptione summitur in decretalibus: & materia voti ad forum animæ spectat, potius quam ad forum contentiosum, docet speculator *lib. 4. in tit. de voto in Rubrica*. Ideo eius materia est multum canonica, & Canonistis debet esse nota, magis, quam ciuiles leges, vt tenet Lucas de Penna *in cap. de ablatione votorum, lib. 12.*

Votum igitur in hac acceptione, vel significatione diffinitur sex modis per Siluest. *in Summa, verb. votum in princip.* ex quibus nulla adeo exacta est, quin apud Doctores calumniam patiatur ideo tu dic, & ellige illam diffinitionem. Quod votum est *deliberata, ac discreta promissio spontaneæ voluntatis facta Deo de his, quæ Dei sunt.* In qua diffinitione promissio ponitur loco generis, & cætera loco differentia. Sed tu dicas quod omnis diffinitio in iure periculosa est, *l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur.* Sed in vnaquaq; re perfecta quatuor deuent concurrere secundum Iuristas. Nempè causa formalis: causa finalis: causa materialis: & causa efficiens: vt docet Baldus in proemio decretalium, *num. 50.* & in hac diffinitione concurrunt quatuor causæ; delibera-

4: *Iuramenti, & voti*

ta promissio est formalis causa. Deo facta finalis, de his quæ Dei sunt materialis. Spontanea voluntas causa efficiens, vt declarat Ioan. Maior. in 4. dist. 28. q. 1. col. 2. quæ definitio probatur in capit. 1. de regularib. & in l. 1. tit. 8. parvita prima, Nauarro in M. cap. 12. num. 24.

Iuramentum autem quid sit & quotuplex scribit Sclua de iur. iuran. 1. par. vol. 1. Sed pro resolutione est aduertendum, quod iuramentum in genere sumptum est duplex. Iudiciale videlicet, & extraiudiciale: & de iudiciale habetur per totum, tit. C. de iur. iuran. secundum Marant. in speculo, 6. p. de iuram. & in tract. 9. Beroio in rub. de pactis, num. 81. quæ omnia non spectant ad nostrum institutum. Extraiudiciale ite multas habet species, vt per Maranta ubi sup. quæ omnia reducuntur ad duas, vt inquit Gophredus secundum Nauarrum cap. 12. n. 3. nempe ad iuramentum assertorium, seu confirmatorium de præsentis, vel de præterito; & promissorium de futuro & in hac vltima acceptione conuenit iuramentum cum voto, & in ea summitur in tit. de iur. iur. in decret. secundum Paulum; & Iass.

*in rub. ff. eod. tit.* tamen si hoc displiceat *Sel-  
ue ubi sup. 2. p. in fin. per tex. in cap. cum con-  
tingat de iur. iur.* qui loquitur de iuramen-  
to confirmatorio; & *in c. fin. eod.* qui loqui-  
tur de iuramento iudiciali, sed dicas quod  
vt plurimum *tit. ille, de iur. iuran. in decreta  
lib.* loquitur de iuramento promissorio de  
futuro, & hoc sufficit *ex l. nam ad ea, ff. de  
leg. & in hac significatione fraternitatem  
habet & conuenit cum tit. de voto.*

Diffinitur iuramentum varie à Docto-  
ribus, vt constat ex *gloss. in summa 22.  
quæst. 1. & ibi Archidiaconus, & Turre-  
cremata*, sed tu dicas quod iuramentum  
promissorium. *Est assumptio nominis diui- St  
ni ad confirmandum promittentis, vel iuran-  
tis fidem*; vt ex Aristotele summit. *So-  
to de cauendo iuramentorum abusu, cap. 2.  
& Couarr. in cap. quamuis pactum in princip.  
num. 1. de pactis.* Inde probans rectè dici,  
quod qui aliquid cum iuramento se factu-  
rum promissit Deum in testem illius pro-  
missionis, ac veluti sponforem appellat, &  
inde colligunt DD. argumentum de iura-  
mento ad votum, & è cōtra, vt probat *gloss.  
singularis, in cap. si quis votum 27. quæst. 1.*



& gloss. verb. absolui, in cap. quando de iur. iur. similis gloss. in cap. Deus qui. de vita, & honestate Clericorum, Innocentius in d. cap. debitores in fin. Dominicus in cons. 50. Decius cons. 151. optime Caietanus sup. S. Th. 2. 2. q. 89. art. 8. vbi inquit: *Commune autem est voto, & iuramento, quod obseruatio vtriusque spectet ad Religionem.* Ex qua æquiperatione, & argumento multa notanda prodierunt in quibus conueniunt iuramentum & votum, vt ex infra dicendis apparebit.

Ad secundam partem deueniendo huius compendij ex dictis diffinitionibus infertur primo quod sicut iurare est actus Religionis soli Deo debitus; vt tenet Sanct. Th. 2. 2. q. 80. art. 4. Couarr. in cap. quamuis pactum, de pact. 1. p. §. 6. n. 3. qui fundatur ex cap. 6. Deuteronomij, ibi: *Per nomen illius iurabis*, quo fit vt nullo modo liceat iurare per creaturas, vt in cap. & si Christus, & per totam 22. quæst. 1. Creaturis enim, Religio nulla præstanda est; vt probat Couarr. supr. 2. p. §. 1. num. 5.

Ex quo infero ad l. 2. C. de reb. credit. ibi: *Solum Deum habet ultorē*, ex qua perspicuum est

est videre vt Deum offendant: qui per creaturas iurant, aut per falsos Deos. ex quo infertur grauius peccatum esse iurare verū per Deos falsos, quam iurare falsum per Deum verum; nam hoc secundum, est per iurium, contra secundum præceptum Decalogi; sed illud est idolatria, & peccatum grauissimum contra primū Decalogi præceptum: vt docet *Soto de cauendo iuramentorum abusu, cap. 6.* quem sequitur, & commendat *Couar. in d. cap. quamuis pactum, i. p. §. 1. num. 10. col. 4.* quod est aduertendum ad *tex. in cap. mouet te 22. quæst. 1.* Similiter vouere actus Religionis est, & virtutis soli Deo debitus vt probatur. *Isaiæ 19. cap. ibi: Colle Deum in muneribus, & vota vouebunt Domino, & soluent;* probat *S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 5. & est glos. singularis in clem. 1. dereliqu. & vener. sant. quam sequitur S. Thom. ubi sup. art. 6. dicit communem Nauarr. in M. cap. 12. n. 32. Soto de iust. & iur. quæst. 2. art. 4. & ideo in diffinitione voti pro causa finali dicitur facta Deo, nec oberit quod Beata Virgini, & Sanctis vota facimus, quamuis enim votum expresse, & inmediate Virgini, & Sanctis, Deo tamen tacite, & me-*

Voti & iura  
mentum iur  
actus reliqui  
nis

diate acquiritur cum Deus in Sanctis suis laudetur, *Psalm. 150. in princip.* nam vt dicit *S. Thom. & Soto vbi supr.* prædicta vota fiunt Deo qui est in ipsis non vt in viatoribus per gratiam; sed per gloriam quasi in ijs, qui ratione status suam ipsius diuinitatem participant; vnde *Caietanus 2. 2. q. 89. artic. 8.* commune esse voto, & iuramento quod obseruatio vtriusq; expectet ad Religionem, & eodem sensu, quo vota nuncupamus sanctis, & sic creaturis; licet etiam iurare per creaturas; vt probat *Cuar. in d. cap. quamuis pactum, §. 1. num. 5.* vbi resoluit longe melius, quam *gloss. in d. cap. & si Christus, verb. creaturas*, quæ dicit quod iurare tantum per creaturas licet, tantum in casibus à iure expressis. Sed melior resolutio est, quæ ponitur in nostra æquiparatione voti, & iuramenti, quod est omnino addendum ad *tex. in d. cap. & si Christus, & in cap. si quis per Capillum 22. q. 1.* prout etiam resoluit *Soc. cons. 102. lib. 1.*

Secundo conueniunt votū, & iuramentū ex dicta æquiparatione in hoc, quod votum & iuramentum cum implentur reddi Deo dicuntur quod vtrumque illi præstatur, vt  
de



de iuramento habetur. *Psal.* 131. ibi: *Redde Deo iuramenta tua, & in d. cap. & si Christus, & in d. cap. debitores, ibi. Cogen. di. Juni Domino reddere iuramentum; & de voto habetur idem apud Psalmistam, ibi: Vota mea Dño reddam, & in cap. magne de voto, & in cap. per tuas. e. tit. ibi: Reddas altissimo vota tua, & de vtraq; simul numerorum, cap. 30. ibi: Siquis vota Dño vouerit, aut iuramento se constrinxerit non fiat irritum verbum suum, sed omne quod promiserit adimpleuit, & in *Psal.* 75. Vouete, & reddite Deo vota vestra. Ex quibus manifeste colligitur quoad effectum implendi, & reddendi promissionem Deo, æquiparari votum, & iuramentum.*

Tertio, & principaliter, ex superioribus infero, quod cū in voto, & iuramento Religionis cultus reperiatur, ac pro inde obligatio diuina quod Papa, qui diuina lege obligatur, ut in cap. sunt quiddam 25. quæst. 1. & in c. literas de restit. spolia. iuncta gloss. verb. non potest. & omnes notant in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. quod vinculo iuramenti, & voto obligatur, secundū Anton. & *Imol.* col. 5. in cap. 1. de constitutionibus, a quo

Quo iuramento, licet alios liberare possit relaxando iuramentum, & dispensando in voto, clauē discretionis, non errante, vt ait *glos. 2. in cap. quanto de iur. iur.* quod verbū est habendum fixe in mente secundū *Bal. ibi num. 5. & Iasson in l. rescripta, n. 4. C. de precibus Imper. offe.* se ipsum tamen à tali iuramento liberari non potest, secundum *Imola vbi sup.* ratio est quia inter dantem, & accipientem, absoluētē, & absolutum, debet esse distinctio personarum, vt in *cap. fin. de constitut. cap. debitum de bapt. cap. per vestras de iur. Patro.* per quæ iura dicit *Imola*, quod Papa qui potest alios liberare à voto, & iuramento causa subsistente, seipsum non potest.

Verum licet hæc sententia *Imolæ* ex supradictis probari possit ampliatio tamen eius non posset subsistere, nempe quod causa subsistente, quæ in quouis ad relaxandum iuramentum sufficit, & ad commutandum, vel tollendum votum in Papa nõ sufficiat quia non debet esse deterioris conditionis, quia est Papa; vt tenet *Anc. in cap. venerabilem in fin. de electione*, vbi inquit: Quod qui non habet superiorem potest seip-

seipsum à iuramento absoluerè : ac proinde à voto ex nostra æquiparatione, vel ad hoc alteri suas vices committere. Argum. gloss. in cap. sanè, el 2. de offic. deleg. & Ancharrani opinionē, sequitur Felinus in cap. 2. de sponsal. num. 21. idem in cap. 1. n. 33. de constitut. pro qua opinione expendo tex. in Authen. sed Episcopalis Dignitas, C. de Epis. & Clericis, iunct. doctrina Bart. in l. item qui in potestate, ff. de his qui sui, vel alieni iura. & facit quod vna & eadē persona potest diuerso iure fungi, vt probat tex. in l. si Cōsul. de adopti. & in cap. 11. à collat. de appellat. in 6.

Ex quo primo infertur quod Pontifex potest vti indulgentia à se alijs data, & ea frui sub eadem forma, vt tenet Ricardus in 4. d. 20. art. 4. q. 1. & alij, quos refert, & sequitur Bologninus in tit. de indulgentijs, n. 69. licet contrarium teneat speculator in tit. de pœnitenti. & remissio. n. 13. motus decis. text. in cap. fin. de instit. Stat igitur integra conclusio, quod cum Papa non sit deterioris conditionis poterit seipsum absoluerè à iuramento, & mutare, vel tollere votū proprium causa subsistēte, vel alteri cōmittere ad hoc vices suas. Etsi



Et si obijcias quo pacto possit Papa dispensare in voto, aut iuramento cum in eis adsit obligatio diuina (vt sup. diximus) Respondeo rationem esse subtilem, quia hæc obligatio prouenit in primis ex voluntate humana; licet iure diuino sit executioni tradenda, & actus humani Principi subijciuntur, vt constat: & ideo dispensatio rectè procedit argumento *legis qui habebat*, ff. de tutelis, qua lege non allegata hanc rationem, assignat *Couarr. in cap. 2. de testam. num. 12.* pro quo facit dictum *Innocen. in rub. de obserua. ieiuniorum*, vbi dicit, quod licet votū sit de iure diuino: Ieiunia inducta ex voto possunt auctoritate Episcopi commutari: Inducta vero ab Ecclesia minime; & ratio est, quia ieiunia ex voto habent originem à voluntate humana: Inducta vero ab Ecclesia ex necessitate, & ideo maiore cum ratione dispensatur in primo casu quam in *secundo argum. tex. in cap. quisisti 33. q. 5. vbi maioris gratiæ est offerre quod nō debeas*, & hanc opinionem *Innocen. sequitur, ibi Abb. num. 9. idem Abb. id cap. magne deuoto, num. 16.* & ex parte qua voti, & iuramenti obligatio est de iure diuino requiritur cau-

fa subsistens in Principe Ecclesiæ, id est, Pontifice, *ex gloss. in cap. quanto de iur. iur.* quia si esset sola lege positiua prohibitū non habens dependentiam à iure diuino, nec à naturali sine causa potest Papa dispensare; vt tenet *Innocen. in cap. cum ad Monasterium de stat. Monachorum, & facit glo. in cap. non est de voto, verb. adimplere.* Nam in quantum vult quod improhibitū à lege diuina non valet dispensatio sine causa in-  
 finuat quod valet dispensatio sine causa improhibitū à lege positiua, & per consequens talis dispensatus erit in utroque foro tutus; vt resoluit *Felinus in cap. ad audientiam, el. 2. n. 4. de rescriptis Gigas de pensionibus, q. 6. n. 13.* licet contrarium teneat *Couarr. de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 9. num. 7.* cuius opinio postet procedere ex bono, & æquo; *argum. tex. in l. filio præterito de iniur. sto rupto.*

Ex supradictis infertur quarto quod sicut iuramentum quod seruari non potest in forma specifica obligat; vt seruetur meliori modo quo seruari potest, vt in *c. quanto de iur. iur. in l. cum pater, §. filius matrem de leg. 2.* habet enim iuramentum clausulā

4-ur  
 omni

codicillarē; vt tenet *Bart. ibi*, & in *l. si quis pro eo, ff. de fideius.* quod est singulare vt aduertit *Matheselanus sing. 56. Couarr. in cap. rainaldus, §. 10. de testament.* ita & eodem modo est in voto. Quod si nō potest seruari in specifica forma debet saltim seruari meliori modo quo potest; vt tenet egregie *Abb. in cap. licet, num. 12. de voto* dicens esse singulare in materia illius tex. & *Soto libr. 8. de iust. q. 2. art. 3. S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3.* dicens quod mulier, quæ fecit votum virginittatis si patitur se corrumpi contra votum, debet in posterum seruare castitatem etiam corrupta; licet virginittatis votū fregerit, quam opin. sequitur *Nauar.* cum aliqua tamen distin. in *Manuali, cap. 12. n. 43.* pro qua facit tex. in *cap. cum dilecti, §. præterea dedolo, & facit gloss. quæ allegat alia iura in cap. 2. verb. recepta de eo qui mittitur poss.* & *gloss. in cap. sicut de sponsal.* qui probant ex illis iuribus, quod citatus ad causam, vt compareat in termino, quod si non possit debet adimplere iussum iudicis quam primum potuerit, & sic meliori modo quo possit.

Ex quo sub infertur eum contra legem,  
& præ-



& præceptum ieiunij peccare qui iam violato ieiunio eadem die post secundū prandium, tertio, vel quarto sumpserit ciuum, nam toties peccat quoties post primum à iure permissum prædium commedit, vt sine ratione resoluit: *Couarr. lib. 4. variarum, cap. 20. num. 13.* pro qua opinione expende *tex. in cap. 1. de pœnis, & in l. numquam de priuatis delictis, iuncta gloss. verb. ex intervallo*, vt alios referendo tradit *Couarr. ubi supr.*

Sed salua pace tanti viri contraria sententia verior est quam tenet *Cayetus in Summa, verb. votum q. 4.* & est communiter recepta secundum *Navarr. in Man. cap. 22. n. 25.* & est ratio quia postquam quis fregit ieiunium non facit cōtra præceptum; quod impossibile est adimplere amplius propter non ieiunantis in habilitatem, quæ ratio non est efficax, confunditur enim ex principijs huius quæstionis, & ideo tu pro vera ratione expēde *tex. in l. si duo, §. semel de recep. arbitris* vbi habetur quod pœna semel soluta soluitur cōpromissum, nec amplius peti potest quæ *tex.* ad id notat *Bal. ibi, & Abb. in cap. dilecti, n. 17. de arbit. facit, l. finalis,*

*lis, C. de usuris, nec obstat tex. in cap. 1. de pœnis, quia non dicitur fieri ex intervallo, sed in continenti quod fit eadem die: ex elegantia gloss. in l. in operis, ff. locati, quam ibi summe commendat Bartulus ad defensionem testium iuratorum ne incidant in falsum, si dixissent simul aliquid factum, & apparet de prioritate, & de posterioritate eadem tamen die, quod est singulare vt resoluit Boer. decis. 219. n. 2. ad finem.*

Conueniunt quinto: votum & iuramentum, quod sicuti in omni iuramento in est tacita condicio, vt censeatur excepta superioris voluntas, & auctoritas, *in cap. venientes de iur. i. r. cap. constitus de rescriptis, & ibi gloss. magna, & Felinus n. 5. Paulus, & Iasso n. 6. in l. fin. ff. qui satis dare cogantur. Couarr. in cap. quauis pactum, 1. p. §. 3. n. 2. & facit tex. in l. vlt. ff. ad municipalem, & l. 27. tit. 11. pag. 3. ibi: En toda iura se entienda fuera la autoridad del Superior; eodem modo est in voto in quo censetur excepta Superioris auctoritas maxime Papæ: vt tenet gloss. 1. in cap. non est de voto, & ibi notat omnes similis gloss. in cap. Deus qui de vita, & honest. Nauarr. vbi supr. cap. 12. n. 76. Med.*

*In. c. de pœnit. cap. 2. de dispensatione.* Dicentes ob id Papam dispensare in omni voto posse, quia in eo sicut in iuramento censetur eius auctoritas excepta, & ratio est euidens, quia quando omnes per votū aut iuramentum ad aliquid se obligant id intelligitur excepta superioris auctoritate, quod etiam probat *Couarr. in cap. 2. de testamen. n. 12.* quo fit secundum ipsum vt votū filij parentis iudicio subijciatur, cuius auctoritas semper excipitur, vtpote superioris, vt in *cap. nolluit 33. q. 5. & in cap. mulier 32. quest. 2.*

Sed tu dicas quod hec conclusio, & regula siue in iuramento, siue in voto longè aliter est intelligenda nam ex hoc, cap. relaxatio in iuramēto, nec dispensatio in voto conceditur, quia textus in *d. cap. venientes*, dum excipit superioris auctoritatem in iuramento, intelligitur quo ad hoc vt iuribus Papæ nullum ex illo præiudiciū fiat. Nam tale iuramentum seruandum nō est, iuxta *tex. in d. cap. venientes*, ibi: *Cum prædictum iuramentum, &c.* Deinde vota Deo facere simpliciter esse liberum vnicuique, & voto se Deo obligare nulla excepta aucto-

B

rita-



ritate probat *S. Thomas 2. 2. quæst. 88. art. 12. Soto de iust. & iur. lib. 8. quæst. 4. artic. 3. Navarr. in Manual. cap. 12. n. 77. Coi. arr. in d. cap. quamvis pactum, 1. part. §. 3. n. 25. & in hunc sensum intelligendus est, tex. in l. vlt. in princip. ff. ad municip. quod ideo, ibi: Imperatoris auctoritas excipitur, quia iuravit quis nunquam esse decurionem, quod iuramentū in perniciem reipubli. & Imperatoris tendebat. Argum. l. munerum, §. iudicandi de muneribus, & honoribus, iuncta l. meminisse de off. c. pro consulis. Nec obstat d. l. 27. paritæ, quia respondeo, quod cum sit lex sæcularis, & laica, non potest præiudicare decisioni canonicæ, tex. in d. cap. venientes, iuxta tex. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de const. ubi Decius notat nu. 50. & Couarr. in practicis, cap. 8. nu. 5. quinimo etiam si esset canonica non posset corrigere rationem, tex. in d. cap. venientes, ut notat gloss. insignis in cap. ncut de iudicijs, verbo quicumq; similis gloss. in l. 1. verb. imagine, C. de lat. liber. toll. Greg. Lop. in l. 6. tit. 4. p. 2. por las leyes: Immo lex noua debet intelligi per decisionem antiquam, d. cap. venientes, ex l. sed & posteriore de legibus, no-*

*tat gloss. in l. sciendum qui satisfd. cog. verb. non compellit.*

Non obstat quod pater, & superior possint filiorum, aut Monachorum vota irritare, quia hoc non est in vniuersum verū: sed tantum in votis realibus, seu personalibus, quæ ingerunt patri aut superiori præiudicium, vt tenet *Innocent. in cap. scripturæ de voto num. 2.* & eo relato *Nauarrus ubi sup. cap. 12. n. 65. Greg. Lop. in l. 3. tit. 8. p. 2. in gloss. vlt.* & in hunc sensum debent intelligi iura supra allegata, & *tex. in l. 2. §. voto, ff. de pollicitationibus*, ex quibus constat aperte, quo pacto prout diximus, debet intelligi *tex. in d. cap. venientes*. Aliter enim sequeretur omnia vota esse conditionalia, & ob id sine causa posse Papam in illis dispensare, quod falsum est vt in 3. conuenientia diximus.

Sexto conueniunt votū, & iuramentum, quod sicut iuramentum non obligat factū in præiudicium tertij, *ex l. vlt. ff. qui satisfd. cogan.* maxime superioris secundū verā interpretationem, *tex. in d. cap. venientes*: & inde est quod iuramentum Episcopi nullam roborem, nullamque auctoritatem præstat,



stat, contractui celebrato in præiudiciū Ec-  
 clesie. Secundum *Bald. in cap. 1. §. item Sa-*  
*crām. de pace iuram. firmāda*, de quo latè  
 per *Curt. Iun. 1. part. de feud. quæst. 8. n. 14.*  
 Similiter iuramentum de non augendo nū-  
 merum canonicorum non præiudicat Pa-  
 pæ, qui possit frangere numerum, etiā iū-  
 ratum per *tex. in cap. pro illorum de præb.*  
*iuncta gloss. verb. reperisse*, similiter iura-  
 mentum vassalli. Secundo Dño factum intel-  
 ligitur saluum ius prioris dōmini; vt in *cap.*  
*petitio, & ibi gloss. de iur. iur.* Ita & in votō  
 quia semper censetur sine præiudicio præ-  
 stitum; vt in *cap. manifestum, & in cap. nollī*  
*33. q. 5. & in cap. Apostolus 33. q. 4.* & inde  
 est quod vxor, filius, seruus, Monachus, &  
 omnes qui sui iuris pleni non sunt votum  
 emittere non possunt in præiudiciū eo-  
 rum sub quorum dominio, & potestate  
 sunt: vt *prob. S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. Soto*  
*de iust. q. 3. lib. 8. art. 1. Nauarr. in Manual.*  
*cap. 24. n. 63.* vbi concludit ob id posse præ-  
 dictos superiores sine vlla causā irritare vo-  
 ta subditorum sola propria voluntate, qui-  
 bus dum obtemperant subditi nō imple-  
 res vota minime peccant; secundum *gloss.*



*in summa 20. q. 1. similis gloss. in d. cap. ma-*  
*nifestum, & in cap. mulier 32. q. 2. pro qui-*  
*bus expende tex. in d. cap. nolle in fin. decla-*  
*rat Ioan. Andr. in regula in malis in 6. Abb.*  
*in cap. 2. de Regularib. Et inde est, quod vo-*  
 ta per eos emissa in quibus nullum fit præ-  
 dictis præiudicium, seruanda sunt; vt per  
*Nauarr. ubi supr. cap. 12. num. 65. & 74. quæ*  
 quidem facultas irritandi vota subditorū  
 ita prædictis competit, vt possint facere  
 etiam si eidem semel consenserit. Nam  
 quando alter ex coniugibus ita vouerit cū  
 alterius licentia, non propterea, qui licen-  
 tiam dat videtur iuri suo renunciare; sed  
 tantum consentire vouentis deuotioni: ac  
 proinde, qui vouerit non potest petere, po-  
 test tamen debitum reddere. Quia ex illo  
 voto non ad continentiam, nec ad castita-  
 tem proprie obligatur, sed ad nō petendū  
 debitum, quod licite petit, qui licentiam  
 dedit, quod est singulare secundum *Caie-*  
*tan: m supra S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. Et in-*  
 de est quod cum mulier sui corporis po-  
 testatem non habeat sed vir, nec similiter  
 vir, sed vxor, vt in cap. 2. & 3. de conuers. cō-  
 iug. Votum castitatis ab altero emissum nō

tenet, nec valet quo ad alium, licet bene quo ad se. ita vt exigere debitum non possit, qui fecit votum, reddere tamen obligatur: vt est gloss. in cap. quidam, & in cap. accedens, per tex. ibi de conuers. coniugat. quæ sunt communiter receptæ secundum Tur-  
 rêrem. in cap. si vir 27. d. & Couar. de spons. 2. part. cap. 6. §. 3. nu. 2. Nauarr. in Manual. cap. 16. num. 30. & procedit hæc conclusio; nempe quod possit reddere, qui fecit votum, etiam si ille, qui vouit simpliciter contrahat cum ea, quæ similiter vouerat, in gloss. in capit. si quis votum 27. quæst. 1. vbi amplius tenet gloss. Quod tali casu, vnus alij possit commisceri, & nullus eorum dicetur exigere, sed reddere: quã notat Greg. Lop. in l. 11. tit. 2. p. 4. in gloss. vlt. Ratio est quia vir tenetur reddere, & commiscere vxori cum causa, & ipsa est iuta; quia eam causam non patefecit saltim expresse, quod sufficit, argum. tex. in l. expressa de verb. signifi. & in l. nonnumquam, ff. de conditio. & demonstrat. Altius tamen repetendo dicendum est quod tale votum viri, maxime etiam quo ad se non valet, quatenus grauat vxorem onere petendi debitum, quod per verecundiam non petit, & sic

quodammodo iure suo fraudatur illa ver-  
 recundia, & ideo non valet cum præiudi-  
 cio tertij: vt in terminis tenet *S. Thom. in*  
*4. dist. 32. quæst. unica, art. 4. ad 3. argum. &*  
*Soto lib. 8. de iust. & iur. q. 3. col. 11. art. 1. &*  
*Nauarr. in Manual. cap. 12. n. 60. licet con-*  
 trarium, & male teneat *Siluester verb. ma-*  
*trim. pro qua opinione expende glos. iuncta*  
*tex. in §. fin. inst. de hered. qualit. verb. incō-*  
*modo in l. Paulus 99. de solut. dum probat*  
 quod semper intelligitur quem damnum  
 pati, hoc ipso quod aufertur, quod sibi pla-  
 cet; quas glossas sequitur, & commendat  
*Tiraquel. de utroq; retract. in præfat. nu. 25.*

Ex quibus infertur quod licet omne vo-  
 tum, & omnis obligatio solvatur per in-  
 gressum Religionis, vt in *cap. scripturæ de*  
*voto;* cuius ratio est; quia hoc votum conti-  
 net virtualiter, quidquid virtutis est in  
 alijs votis, *secund. D. Thom. 2. 2. quæst. 88.*  
*art. 12. & Soto de iust. libr. 8. q. 4. art. 3. pro*  
 quibus est *tex. elegans in cap. ad monere 33.*  
*quæst. 2. iuncta gloss. mag. & in l. 7. tit. 8. pag.*  
 1. Hoc tamen nõ habet locum in votis rea-  
 libus, nec in obligationibus realibus ex cõ-  
 tractu, licet contrarium teneat *Couarr. in d.*



cap. *quamuis pactum*, 1. part. §. 3. nu. 4. col. 3. cuius opinio confunditur ex nostra ratione ex qua fit quod seruus inuito Domino non fit Monachus, vt in cap. *si seruus*, el 2. 54. dist. per quem *tex. ita tenet S. Tho. 2. 2. q. 189. art. 6.* ex ratione nostra, ne domino suo fiat præiudicium. Et inde est quod qui promissit alicui scribere librum, etiã Monachus ad id obligatur; vt tenet *gloss. in c. præterea*, 51. dist. quam commēdat *Innocen. in rub. de obligat. ad ratiocinia*, 1. ass. in l. *stipulatio*, §. *habet in fin. de noui oper.* Similiter nec vota realia tolluntur voto Religionis: vt est votum dandi aliquid certum alicui Ecclesiæ, & pio loco, tenet *Florentinus in 4. 2. p. tit. 11. §. 6. cap. 8.* quia talia vota etiã Religionis sine præiudicio tertij debent intelligi, pro qua opinione facit, quia Monasterium tenetur ad debita Monachi contracta ante ingressum, vt tenet *Innocent. in rub. de obligat. ad ratiocinia*, & in cap. *in præsentia de probatio. n. 5.* & est communis, & vera opinio; vt resoluit *decis. 224. num. 8. facit tex. in cap. de alienatione feudorum*, ibi: *Ecclesia vltrix est iustitiæ*, & *tex. in cap. 1. 32. d. ibi: Qui vacant culpa in alijs*, &c.

A qua

A qua tamen regula, regulariter excipitur votum Religionis in filijs familias, quia non tenet ex *D. Thom. 2. 2. quæst. 189. art. 5. per tex. in cap. 19. q. 3. Nauar. in Manual. cap. 12. num. 65.* nisi filius sit maior 14. annorū, vt in *cap. puella 20. q. 2.* hodie tamen aliter est post *Triden. ses. 25. de reformat. cap. 25.* quia debet habere 16. annum ante quam profiteatur, & non obest quod sit doli capax, quia etiam indoli capace debet esse ætas integra, vt probat *Couarr. de spons. 1. p. cap. 20. num. 1.* quinimo in hoc casu si pater tam inops sit, pauper, senex, vel impeditus, qui non valeat sustentari propria industria votum filij etiam Religionis factum in præiudicium patris non valet, *tex. elegans in cap. 1. - 30. dist. tenet Adrianus quodlibeto 1. q. 2. Maior in 4. d. 28. quæst. 13.* & adde quod filius non est incapax faciendi contractus sicuti est incapax faciendi votum, quia in voto, & in mutuo solum subiectus est patri in alijs autem contractibus filius familias est tanquam pater, in *l. tam ex contractibus de iudicijs, in l. filius fam. de obligat. & actionib. in l. qui in aliena in prin. de acquir. hæred.* & hinc est quod potest filius

lius facere conuentionem cum aliquo homine, vt illi seruiat per aliquod tempus; nec poterit pater infringere, vt tenet *Albericus in l. 1. §. huius studij de iust. & iur. & ibi notat Paulus, & Ias. num. 16.*

Nec obstat quod non potest compellere ad factum cum non habeat bona, quia potest agere ad capturam personæ; vt tenet *gloss. in l. 3. §. sed utrum, ff. de minoribus, & ibi notat Bart. n. 1. & Ias. vbi sup. quod est singulare ad tex. in l. 1. ff. ad Macedonianū.*

Septimo conueniunt votū, & iuramentū quod sicuti iuramentū præstitum ab impubere doli capace obligat; vt est *text. in cap. ex literis, el. 2. de sponsal. & ibi gloss. & Abb. idem Abb. conf. 108. vol. 2. Cagnolus in l. pupillum de reg. iur. & est communis vt resoluit Bart. in Auth. sacr. pub. nu. 9. C. si aduers. vend. Guillelmus in l. qui iurasse de iur. iur. & ibi Paulus n. 5. dicens, quod habet locum in pupillo doli capace dicente se maiorem, quod est notandum ad titulum *si minor se maiorem dixerit.* Sed idem Paulus in dicta *num. 6. Auth. Sacram. in 6. & additio Abb. in d. cap. ex literis, n. 6.* dicunt hoc procedere tam solummodo de iure canonico contra, quos expen-*



*expende tex. in l. fin. §. in eum de liberali cau-  
 sa, & facit tex. in l. impuberem, ff. de lege Cor- ad  
 nelia de falsis, quod est animaduertendum  
 ad dictam Authenticam Sacramenta. Nec  
 obstat tex. in d. Auth. ibi: Puberum quia lo-  
 quitur præsumptiue ad ea, quæ frequētius  
 accidunt, ex l. nam ad ea, ff. de legibus sena-  
 tusq; consultis: ex eo nempè, quod impube-  
 ribus non soleat regulariter accelerari v-  
 fus rationis, non tamen negat, quin si impu-  
 bes sit doli capax cum iuramento non pos-  
 sit obligari, quia cessante ratione legis: ces-  
 sare debet dispositio eius, ex l. adigere, §.  
 quamuis de iur. Patro. & l. commodissime de  
 liber. & posthu. quia cum præsumptio iuris  
 tantum sit contra impuberes, admittitur  
 probatio in contrarium, ex cap. fin. de solu-  
 tio. & in l. siue possidetis 16. C. de probat. se-  
 cus tamen si fuisset iuris, & de iure, quia  
 tunc non admittitur, & ex text. in cap. is qui  
 fidem 30. de sponsalib. ibi: Non est probatio  
 admitenda, vt resoluit Couar. de sponsalib. 1.  
 p. cap. 4. n. 3. §. 1. Greg. Lop. in l. 3. tit. 1. p. 4. in  
 gloss. finali, idem est in voto; quia similiter  
 obligat si est factum à puero doli capace,  
 per tex. in cap. 2. de voto, & itē gloss. 1. & cō-  
 muniter*

*muniter DD.* Si enim quis obligare se potest iuramento; ergo & voto, ex gloss. in *cap. si quis votum 27. q. 1.* & in *cap. Deus qui de vita, & honest. S. Thom. 2. 2. q. 189. art. 5.* dicens: *Quod pueri sicut non coguntur ad iurandum: ita non coguntur ad vouendum; si tamen voto, vel iuramento se adstrinxerint ad aliquid faciendum obligantur quo ad Deum, si habeant usum rationis, & ratio est, quia puer doli capax potest se obligare peccato; ergo & Deo per votum, & iuramentum; vt tenet gloss. in *summa 20. q. 1.* Caietanus sup. *S. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 9.* dicens: *Quod sicut potest doli capax impubes obligare se hominibus ex contractu: ita potest obligare se Deo per votum, vt probat text. in cap. 2. de voto,* quia in illo text. puer ex voto, ideo obligatur quia erat doli capax: vt indicant verba text. ibi: *Si fidem dedit, & sua accepit,* quæ verba non nisi indoli capace cadere possunt; ex quibus iudex talem doli capacem iudicauit cuius arbitrio relinquatur, secundum *Decium in l. pupillum, num. 1. ff. de reg. iur.**

Octauo conueniunt, quod sicuti in iuramento inest tacita conditio si commode

ser-

seruari potest, ex *tex. in cap. quintaualis de iur. iur. gloss. i. & ult. in cap. veniens, per tex. ibi, eodem tit.* Inde est, quod qui iurauit stare sententiæ alicuius potest appellare si in ea grauatur; vt inquit *gloss. i. in cap. ad hæc 2. de appellatio.* non enim potest commodè impleri sententiâ iniusta, vt *gloss. ibi* probat cui est similis, *in c. quod bene 6. q. 4.* quâsumme comendat *Decius in cap. ad hæc, n. 4.* Et inde est quod promittens stare arbitri sententiæ intelligitur si iuste declarauerit; vt tenet *Bart. in l. fin. num. 3. ff. de Prætorij's stipulat.* Vnde si inique arbitretur, arbiter, reductio ad arbitrium boni viri peti potest. secundum *Bart. ubi sup.* cuius conclusio est vera, etiam si interueniat iuramentum, vt resoluit *Guido Pape decis. 519. per tex. in c. dicto Quintaualis, & per text. celebrem in l. si libertus. ff. de operis libert. quibus conuenit, l. Castellæ partita 27. tit. 11. pag. 3. in d. casu, quem *tex. maxime declarat, cons. 42. n. 21. lib. 1. Iass. in l. quidam cum filiū de verb. num. 22. Pâul. in l. tale pactum, §. qui prouocari n. 7. ff. de pactis.* Et ratio est quia iuramentum sequitur naturam actus super quo imponitur, ex *l. finali, C. de non numer. pecu.**



Altera ratio est, quia vnusquisque eadem facilitate iurat, qua promissit seruare contractum, & ideo iuramentum non obligat, nisi quatenus contractus obligat de per se, *tex. in l. doli, §. diuersum, ff. de nouatio.* quod est verum, & procedit si quis sit grauiter læsus, quia propter modicam læsionem non potest deterri iuramentum sicuti, nec restitutio potest concedi; vt tenet *Paulus de Castro in l. si vnus, §. illud, nu. 3. ff. de pactis, & Bær. decis. 284. nu. 18. per tex. in l. scio de in integrum restit. quem declarat Couar. lib. 1. variar. cap. 3. num. 11. & existimat Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, n. 25. ff. pro socio,* esse læsionem maximam si quis deceptus sit in sexta parte cuius opinionem, sequitur *Guid. Pap. decis. 518. Cepola in tit. de dissimulatione contractum, lib. 111.* Dicens, quod verior est opinio, vt relinquatur iudicis arbitrio, per *tex. in cap. de causis de offic. delega.* Sed tu autem dicas, quod læsio magna erit, & sufficiens; vt possit peti reductio ad arbitrium boni viri, etiam si arbitramentum sit iuratum si excedat dimidiam iusti pretij, & sic erit vtile scire decisiones, *tex. in l. 2. C. de rescind. vend. pro arbitramentis,* vt resoluat

soluit Decius *cons. 60. col. 3.* quem summe commendat Marant. *in speculo 4. par. decis. 14. num. 8. & facit gloss. in clem. 1. de foro cō- peren. in verb. earum parte, & tex. in l. maioribus, C. comunia utriusq; iudicij,* qui loquitur in deceptione diuisionis facta inter fratres, & ibi Bald. *num. 1.* extendit generaliter ad omnes casus in quibus est quis deceptus, ergo & in arbitramentis, *iuxta tex. in l. rem, C. de rescind. vend.* ita est in voto in quo in est tacita conditio si commode seruari potest; vt tenet *gloss. in cap. non est de voto, in gloss. 1.* quæ optima est secundum Cardin. *ibi opositione 1. similis gloss. in cap. licet, eod. tit.* quæ glossæ sunt communiter recepte secundum DD. *ibi: Et inde sub inferitur, gloss. in d. cap. non est de voto,* posse commutari votum in melius, quia si aliud melius bonum instat iam commode seruari non potest votum, & in hunc casum nemo vuisse dicitur quod est optimum secundum Abb. *ibi num. 6.* licet vellet Abb. in commoditatem dispensandi potius causam dari, aut commutandi, quam auferre obligationem; vt resoluit Abb. *in cap. 1. de voto, n. 4.* Aibericus *in dictionario, verb. votum, §. 5.*

*Nauarr. vbi sup. cap. 17. num. 77. vbi tenet quod ratione incommoditatis potest commutari tale votum.*

Nono conueniunt nam sicut iurare, & implere iuramentum potest quis per aliū, *in cap. tibi Domino, 63. dist. & ibi gloss. optime ponens formam præstandi iuramentum per aliū quam commendat Alexan. cons. 140. & Bart. & DD. in l. qui bona, §. alieno de damno infecto, num. 3. pro qua conclusione est tex. optimus in cap. 1. de statu Regulariū, lib. 6. ibi: Nisi per procuratorem, quem text. dixit optimum Romanus sing. 798. Couarr. allegans alios in cap. quamuis pactum, 1. par. §. 5. n. 5. & Marant. in specul. 6. par. de iuram. num. 56. Bald. in cap. 1. num. 2. de pace constantiæ, & idem in cap. 1. §. nulla, num. 2. per quos fiat in vestitura.*

Quorum conclusio est vera cum duobus modificationibus, & propria est dummodo quis pro alio habeat speciale mandatum, *iuxta tex. in cap. ult. de iuram. calumn. lib. 6. quem declarat Couarr. in var. lib. 1. cap. 6. n. 2. & in cap. quamuis pactum, 1. par. §. 5. num. 8. vers. ult.* Secunda est vt præstetur iuramentum super actu, qui regulariter per  
aliū,



alium, expleri, explicari, & geri possit, quo fit vt testis nec testimonium per alium dicere, nec iuramentum per alium præstare possit; etiam si mandatum habeat speciale, per *tex. in cap. licet ex quadam de testib. & ibi notat Abb. n. 6. Aret. 7. Felinus notabili 2.* & ratio est, quia licet aliquis possit iurare per procuratorem habentem speciale mandatum, quia videtur ipsemet iurare; vt notat *Ioannes Andr. in cap. ult. de iuram. calum. per text. ibi, & per text. in cap. procurator de elect. in 6.* Tamen fallit vbi requiritur pro forma iuramentum proprium, nam tunc non sufficit iurare per procuratorem, etiã habentem speciale mandatum, *iuxta text. in d. cap. licet ex quadam, ibi: Proprio iuramento, & in cap. si vero aliquis de sent. excom. ibi: Propria manu, & in cap. 2. de hæret. lib. 6. ibi: Proprijs, iuncta gloss.*

Ex quo primo intellige *text. in cap. ego enim de iur. iur. & in l. fin. C. de procuratorib.* nempe quod in tempore illorum iurium possit iuramentũ præstari per procuratorẽ, quia in illis non est data certa forma; itidẽ est in voto, quod potest impleri per alium, vt in *c. licet, eod. tit. de voto, & ibi notat gloss.*

*in verb. omisserit, & ibi Abb. in fi. & idē Abb. in cap. super his, eod. tit. per tex. ibi: Et tenēt omnes dicētes. ob id hāredem obligari ad vota realia defuncti: & hāc est communis opinio, & vera; secundum Nauarr. ubi. supr. cap. 12. num. 56. allegans tex. in l. 2. in princ. ff. de pollicit. cum gloss. ibi: Quæ cōclusio habet locum, etiā si hāres non sponte soluat, quia etiam ad vota realia defuncti obligatur, secundum Innoc. in d. cap. licet, in verb. promissisti, ibi: Idem est, & si non promississet, quem sequitur ibi Abb. num. 15. Suarez in l. quoniam in prioribus, in princip. n. 20. quamuis contrarium teneat Henricus in d. cap. licet pōderando, verb. promissisti, & sic quod magis obligatur filius hāres ex voto proprio, quam ex voto patris defuncti, quē sequitur Couarr. in cap. si hāredes de testamentis, num. fin. Sed totum contrarium verius est; cum Innocent. in d. cap. licet; imo quod fortius filius obligatur ad votum patris nō solum causatiue per priuationem hāreditatis; sed coactiue per coactionem personalem, & est communis, vt tenet Alex. & Abb. & Sil. in verb. votum, el 2. q. 11. pro quibus est tex. in cap. fin. de sepult. in fin. ibi: Per cen-*

suram

*suram Ecclesiasticam; & in cap. ex literis de raptor.*

Decimo conueniunt, quod sicut non potest Papa statuere, quod iuramentum non obliget, quia esset contra diuinum ius quo cauetur ne summamus in vanum nomen Domini; vt habetur *Exodi cap. 20.* Quo iure compellimur Deo reddere iuramenta, vt in *cap. debitores de iur. iuran.* ibi: *Cogendi sunt Domino. reddere iuramenta*, vnum, aut alterum iurantē absolucere à iuramenti obligatione per suā dispēsationē poterit; vt resoluit *Felin. in cap. fin. num. 9. de maior. & obed. idem in cap. constitutus. de rescript. num. 18.* & ratio est, quia quando fit mentio de potestate Summi Pontificis in his, quę sunt de iure diuino non debemus arguere de toto ad partem dicendo non tollit Papa hoc ius in totum, *ex cap. sunt quiddam, & cap. contra statuta 21. q. 7.* ergo nec in parte, quia non valet prædicta consequētia, quia multiplex instantia datur de toto ad partem: quia nō potest Papa statuere vniuersaliter, quod die Dominica, quilibet exerceat artem suam, quia esset contra diuinum ius, ibi: *Sabatha sanctifices*, tamen dispensat benè ex causa



cum aliquibus; vt probat *tex. in cap. licet de ferijs*: similiter licet non possit Papa vniuersaliter statuere super non solutione decimarum, quatenus decimæ debentur de iure naturali, & diuino; tamen bene potest cum aliquibus id particulariter statuere, & dispensare; vt tenet *gloss. aurea in cap. a nobis, verb. exemptus de decimis*, quam sequitur *Couarr. variar. lib. 1. cap. 17. nu. 9. Felin. vbi sup. in d. cap. fin. de maior. & obed. num. 7.* vbi ponit alia multa exempla contra quæ Papa vniuersaliter statuere non potest, & in casibus particularibus bene potest. Similiter est in voto, quia non potest Papa condere legem in qua statuat, quod vota non obligent in vniuersum, esset enim tollere, aut destruere ius diuinum, quod prohibetur, per *tex. in d. cap. sunt quidam, & in d. c. statuta*; est enim datus ad edificationem, & non ad destructionem, idque esset dissipare, & non dispensare. vt docet in simili *Abb. in cap. extirpandæ, §. quia vero 43. & in cap. de multa, n. 8. de præbendis*. Potest tamen ipse Pontifex in vno, aut altero voto obligationem tollere ad quem vouentem Deo obligare, nec hoc est contra ius diuinum, sed

bene

bene illud, quod statuerit nullum votum obligare sicut in iuramento diximus; quod in voto expressè resoluit *Couar. in cap. 2. de testam. in fin.* dicens: Quod iuris diuini est obligatio voti in cōmuni, & generali obligatione: non tamen peculiare, quodlibet votum est iuris diuini, & hinc subdit, quod obedire legibus est præceptum à Deo, & lege diuina: non tamen quæ libet lex humana est ius diuinum; & hoc argumento probat potestatem dispensandi; ex qua resolutione infertur ad dictum *Bart. in l. 3. de testam. n. 8.* vbi tenet quod statutum non valet vt illegitimus succedat, quia est contra diuinum ius, ibi: *Non debet succedere filius ancillæ*, & habetur in *cap. dicat aliquis 32. q. 4.* & in *cap. non omnis 32. quæst. 2.* cuius dictum sequitur *Iass. in l. ait prætor, num. 12. de iur. iur. Federicus cons. 275. Palatius Rubius in l. 9. Tauri, num. 9.* cuius tanti viri opinio est reformanda, & intelligenda ex supradictis, nempe quod non valcat tale statutum in vniuersum extensum, bene tamē cum limitatione ex nostra resolutione, & sic quotidie dispensatur cum hoc, vel illo spurio, nec inde sequitur talem dispensa-

tionem esse contra ius diuinum; vt insinuat  
*Beroius decis. l. 27. num. 9.*

Vndecimo conueniunt, quia iuramentū  
 sequitur naturam contractus cui adhæret,  
 nec obligat vltra consensum, *ex tex. in l. fi-  
 nali, C. de non nume. pecun.* qui est singularis  
*tex. secundum Bart. ibidem, & in l. si quis pro  
 eo, num. 15. ff. de fideiussorib. Paulus, & Iass.  
 in l. si conuenerit, n. 17. de iurisd. omn. iudic.  
 Suarez in l. 1. post rem iudicat. fol. 248.* qui  
 omnes volunt iuramentum actenus obliga-  
 re quatenus contractus super quo interpo-  
 nitur. Et ratio est, quia cum contractus an-  
 nulletur ob defectum consensus, vel solem-  
 nitatis iuramentū non poterit confirmare  
 contractum, cum non possit inducere con-  
 sensum contra voluntatem contrahentiū,  
 quo casu procedit *tex. in d. l. fin.* quia in tali  
 iuramento deficit substantia obligationis  
 nempe consensus, *ex l. 1. ff. de pactis, & l.  
 consensus de obligatio. & actio.* quo fit quod  
 exceptiones, quæ ex defectu cōsensus op-  
 ponuntur contractui: opponantur, & iura-  
 mento quia quo ad hoc sequitur originem  
 contractus; idem est in voto per *tex. in Cle-  
 men. exiui de paradyso, §. cum autem, & §. nec  
 tamen*



*tamen de verbor. signifi.* vbi habetur quod vouens obseruare Regulam S. Francisci, vel aliam similem in qua sunt aliqua præcepta, quæ obligant ad mortale, & aliqua quæ ad veniale; tunc ex voto seruandi regulam obligatur: vt regula obligat, & non amplius, quem *tex. ad id notat Siluester verb. votum, ei 2. q. 18.* & appellat vnicum *Abb. in cap. Clerici, el 2. de vita, & honestat.* Votum igitur quod suapte natura obligat ad mortale, vt tenet *gloss. in summa 27. q. 1.* & est communis opinio secundum *Nauarr. vbi supr. cap. 12. num. 26. & 38. per text. in cap. magnæ de voto, & in cap. licet in princip. eod. tit.* adhuc tamen votum restringitur iuxta naturam contractus cui adhæret, nempe vt præcepta seruentur, prout præcepta, & consilia, prout consilia numquam obligat vltra cõsensum quod est optimum in voto, & iuramento.

Duodecimo necessitas excusat ab impleto iuramento, *in cap. quærellam, vbi gloss. & ibi Felinus num. 11.* & *in cap. brebi, iuncta gloss. de iur. iur.* quæ dicunt non tantum necessitatem excusare à periurio: sed etiam difficultatem per *text. ibi, & in capit. ego enim, eod. tit.* quod est singulare ex eo  
quod

quod & si difficultas, aut necessitas à pœna conuentionali non excusent, per *text. in l. continuus, §. illud, ff. de verbo. & in l. si uehenda, §. idem iuris, ad l. Rodiam de iact.*: quibus concordat, *l. 37. tit. 11. par. 5.* quas declarat *Tiraq. de utroq; retractu, tit. 2. §. 1. gloss. 2. num. 56.* ubi concludit difficultatem, quæ non excusat à pœna conuentionali; benè excusare à pœna legis prout à periurio, & obligatione iuramenti, & ratio est, quia mitius agitur cum lege, quam cum homine, *ex l. celsus in princip. de recep. arbitr. & glos. ibi, & in cap. si celebrat cum gloss. magna. de Clerico excommunicato.* Difficultas autem, aut necessitas liberās à periurio ea est sufficiens cum sine periculo, aut iactura, ne dū salutis spiritualis iuramentum non potest adimplere; vt in *cap. quamuis pactū de pact. in fin. in 6. & in cap. cum contingat de iur. iur.* Verum etiam cum sine iactura salutis corporis ad impleri nequit; *ex tex. celebri in c. innocens, §. quisquis 22. q. 4. ibi: Vel spiritualis, vel corporalis salus,* per quem *text. hoc firmat gl. ff. in d. cap. si vero, & ibi Abb. num. 2. gloss. in cap. veniens, eod. tit. verb. repugnet,* quo fit vt prædictæ causæ à periurio excusent,

ferit, & ab implemento iuramenti tamquã  
 à pœna legis, & non conventionalis à qua  
 necessitas, vel difficultas bene excusat,  
 quod intellige verum nisi difficultas, aut  
 necessitas in erat à principio, vel erat cog-  
 nita; vt tenet *Nauarr. vbi supr. cap. 12. n. 22.*  
 pro quo expende *tex. in c. cū vniuersorum*  
*de rerum permutatione, ibi. Deceptis, &*  
*non decipiendis iura subueniunt;* ita est in vo-  
 to in quo excusat necessitas, & difficultas,  
 per *tex. in c. quod super his, & in c. ex multa*  
*de voto,* quibus probatur necessitatem, seu  
 difficultatem si sunt perpetue liberare, quẽ  
 ab implemento voti, quod est verum non  
 solum cum implere non potest sine interit-  
 u salutis æternæ, vt supra, verum cum nõ  
 potest seruari sine detrimento salutis cor-  
 poralis; hæc enim difficultas, seu necessitas  
 liberat ab implemento voti, secundũ *Abb.*  
*in cap. si vero de iur. iur. num. 2.* vbi resoluit  
 Fratrem Chartuxianum, qui ex relatione  
 medicinaliter mortem euitare non potest,  
 nisi per æssum carnis, non obstante voto Re-  
 gulæ debet comedere carnes; & subdit  
 sicut iuramentum non ligat propter peri-  
 culum mortis: ita nec votum cum pari



pasu ambulent; vt habetur in *cap. 1. & in cap. magnæ de voto, idem tenet Turrecremata in cap. non solum post Archidiaconum 32. q. 8. Soto de iust. & iur. quæst. 8. art. 1. col. 4. dicens: quod qui fecit vo-um de non comedendo carnes si inciderit in eū locū vbi nisi comedat peribit poterit illas comedere propria auctoritate non obstante voto. Relinquitur ergo quod votum, aut iuramentum quod non potest seruari cum salute spirituali, vel temporali, vel corporali non est obseruandum dummodo detrimentum sit manifestum. Sed quod magis est detrimentum, aut iactura rei familiaris præbet iustam causam commutandi votum sicut, & relaxandi iuramentum, secundum *Nauarr. vbi sup. cap. 12. nu. 77. Soto vbi sup. q. 4. art. 3. col. 7. & 8. vbi idem tenet, quando difficultas implendi votū procedit ex parte vouentis nempe infirmitas, aut debilitas, quia tanta hæc esse potest vt omnino obligatio voti disoluatur. Circa cōmutationem agunt Soto vbi sup. col. 7. Caieta. supr. Sanctum Thom. 2. 2. q. 88. Siluester verb. votum 4. q. 6. & Summistæ suis locis Couarr. in d. c. quamuis pactum, 1. p. §. 3. n. 4. col. 4. vers. ego vero, & &c.**

Deci-

Decimotertio iuramentum potest præstari multis modis, vt tenet *gloss. in summa 22. q. 1. & Couarr. in d. cap. quamuis pactum, 1. par. in princip. Alex. ab Alex. lib. 5. dierum genialium*, vbi omnium gentium formas iurandi expressit non solum, quæ in veteri, vel in nouo testamento reperiuntur: sed & quæ apud gentiles, & idolatras inueniuntur, qui omnes iuramentum verbis expriment, quod à Deo verum est, vt dicat *Cardinalis in cap. præterea de spons. el primero*. Necessarium esse verbum iuro. Et salua pace tanti viri, eius sententia falsa est, & conuincitur, quia iuramentum, & Sacramentū sunt Synonoma, *ex cap. qui Sacramento 22. q. 4. & ex Authen. Sacramenta puberum*, vbi in iuramento non exprimitur verbum iuro, probat *Couarr. vbi sup. num. 2.* & quod fortius est sine vllis verbis potest quis nutu, & signis iurare, vt docet *gloss. in summa 22. quæ st. 1. in verb. quod iuramentum*, dicens, iuramenta aliqua præstatur Deo, verbo aliqua sine verbis quā commēdat, *Abb. in rub. de iur. iur. & Couarr. sup. num. 4.* conclusio fulcitur *ex gloss. in cap. testes 3. q. 9.* Dum voluit mutum testificare posse dummodo

n deo

modo sciat scribere, & tamen ad testificandum iuramentum est necessarium, *iuxta tex. in cap. tuis, & in cap. nuper de testib.* qui mutus verbis iurare non potest, quæ glossa est communiter recepta secundum Præposit. *in cap. cum apud de sponsalib. & Couarr. supr.* dicentes id verum esse ne dum in mutuo, sed etiam in valentibus loqui qui nutu, & signis iurare possunt. Sicut & contrahere matrimonium, & reliqua omnia huius generis, quæ consensu fiunt, & perficiuntur, *ex cap. cum apud, cap. tuæ de sponsal.* quod, & in periurio verum est, *iuxta tex. in cap. qui per iurare 22. q. 5.* dicens, quod Deus non iudicat ex verbis exterioribus, sed ex mente, & cogitationibus, & inde probat quod qui periurare paratus est ante quam verbis iuret periurus dicitur, quia Deus cor interrogat, & non manum, per *tex. ibi, & in cap. si quid inuenisti 14. q. 5. cap. proposito 32. quæst. 2. cap. humanæ aures 22. q. 5.* quó ut sine verbis non solum iuramentum verum, & periurium concipi possit. Similiter est in voto, nam votum non solum verbis, sed etiam solo animo concipi potest, & alijs actibus exterioribus perficitur, ut probat *tex.*



*tex. in cap. quæ bona 27. q. 1. cap. vidua, cap. super eo, cap. statuimus, cap. consulti de Regularibus, quod a deo verū est vt dicat Abb. in cap. literaturam de voto, num. 2. esse communem opinionem quod solo proposito deliberato faciendi aliquid ex his quæ Dei sunt obligari quem sub pœna, & peccat mortaliter, iuxta d. cap. qui bona, & d. cap. consulti, quia votum sicut iuramentum sine verbis potest concipi, & pro ista opinione facit ratio nostræ æquiparationis, aliter sequeretur, quod mutus, aut lingua carens, qui potest iurare vt supra dixi, non possit votum emitte, quod est falsum.*

Sed verius disputando contra nostros Canonistas tenent Theologi communiter, imo quod solo proposito quantumq; deliberato votum non perficitur, ita vt mortaliter peccet, qui illum non implet, quam tenet *S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 1.* dicens, ad voti perfectionem desiderari tria, nempe animi intentionem, & voluntatem, secundo deliberationem, tertio promissionem, quod voluit *gloss. in cap. nec viduam 27. q. 1.* ac proinde *Alex. tertius in cap. literaturam, de voto,* optimo iure respondit, quod cum

in specie illius textus solum constet de intentione, vel conceptione non obligari, nisi ulterius progressus fuerit, scilicet ad deliberationem, & promissionē. Quæ sententia retenta non obstat *tex. in d. cap. consulti cum simil. de reg. iur.* quia in illis adest promissio saltim implicita, secundum *Caietan. & Soto ubi sup.* quæ promissio declaratur facta, sicut verbis, ex *l. gerit, ubi gloss. ff. de acquir. hered. & in §. ult. inst. de hered. qualitate.* Nec obstat æquiparatio nostra de iuramento ad votum, quod tacite præstari potest. Hoc enim magis confirmat communem Theologorum, qui fatentur tacite, vel implicite posse emitti votum; sicuti potest expresse non tantum verbis; sed ex multis actibus exterioribus, ut patet in triginta exemplis voti taciti sine verbis possitis per Præposit. *in cap. rursus, qui Clerici, vel vouen.* in quibus tamen omnibus implicita, vel explicita promissio idem efficit. Reliquum ergo est ut ex sola deliberatione, & proposito sine promissione explicita, vel implicita nemo tamquam ex voto obligetur. Sequitur præterea quod multis modis votum præstatur sicuti, & iuramentum.

Reliquum est vt ad tertiam partem huius compendij deueniamus, vt explicemus in quibus differant votum, & iuramentum nō enim idem sunt cum diuersis, vt aiunt, nominibus nuncupentur, *ex l. si idem, C. de codicillis*, & quia nullum simile est idem *in l. merces appellatione de verbor. significatione*, qua propter dicunt diallectici, quod argumentum à simili claudicat vtroque pede, *cap. sicut 1. quest. 1.*

Prima igitur differentia sit inter votum, & iuramentum in causa originali. Nam votum est promissio spontaneæ voluntatis, nec aliter obligat: iuramentum autem solâ voluntate perficitur, quo fit vt cum coacta voluntas, voluntas sit *ex cap. merito 15. q. 1. l. si mulier, §. ult. de eo quod met. causa*, quæ iura declarat Decius *in l. velle, num. 1. de reg. iur.* & ideo metu præstitum iuramentum obligat, per *text. in cap. verum de iur. iur.* quem ita intelligit *gloss. in cap. si vero, eod. tit. verbo proprium*, & ibi *Abb. num. 10. & notat glo. in cap. notificasti 33. quest. 5.* Ratio autem vltra omnes ea est, quia actiones, quæ per timorem fiunt mixtæ sunt, magis tamen sunt iuris spontaneis, quia principium earum est



est in voluntate nostra, & ideo denominantur voluntarie actiones illæ, *argum. tex. in l. qui habebat de tutellis*, quo fit vt iuxta mentem, & voluntatem iurantis in dubio obligetur metu coactus, licet ratione metus cōcedenda sit absolutio, *iuxta text. in d. capit. verum, docet Couarr. in cap. quamuis pactum, 3. p. §. 4. num. 2. & de sponsalib. 2. par. cap. 3. §. 5. col. 1. & 2.* qui rectè probat contra Abbatem esse communem opinionem à tali iuramento absolutionem necessariam esse, etiã si interponatur contractui: alias inualido; Votum enim metu præstitum nullo modo obligat, quia est promissio spontaneæ voluntatis; vt dictum est in diffinitione, & probat *text. in cap. 1. de regul. & in cap. 1. de his que vi, gloss. in d. cap. notificasti 23. quæst. 5. dicēs*, in hoc differre iuramentum à voto, quem probat *Abb. in d. cap. si vero*, dicens, quod licet iuramentum, & votum à pari procedat in hoc tamen differunt, quod votum vt obliget requirit spontaneam voluntatem, sed iuramentum solum voluntatem, & ideo obligat metu præstitum, quia in metu adest voluntas; & reddit rationem, quia iuramentum interponitur vt in plurimum in actibus

bus hominum propter maiorem reuerentiam, & vt auferatur occasio contraueniendi semper obligat, quod secus est in voto. Nam rarius emittitur, quæ ratio licet concludat quo ad forum exterius minime tamen, quo ad forum conscientia, & ideo dic quod vera ratio est, quia licet male facere possit quis coactus, vt in d. cap. merito 15. q. 1. & notat gloss. in cap. ad fidem, ibi: Benefacere, quod est in libera voluntate, cum igitur per votum quis bene agat, & meritum apud Deum quærat, merito, qui coactus uict, meritum non habet, quia voluntarium militem, & nõ coactum ellegit sibi Dominus. cap. non est 15. quæst. 1. quod est secus in iuramento ex quo obligatio non solũ Deo, sed hominibus quæritur, qui meritum non considerant, vt insinuat Abb. in cap. Abb. de his qui.

Secunda differentia est inter votum, & iuramentum quod & si ex utroq; quis obligetur Deo, vt in secunda conuenientia diximus ex iuramento tamen obligatio parti quæritur, vt in cap. quamuis pactum de pactis in 6. ibi: Parti factum, & in d. cap. cum contingat, & si interponatur iuramentum

contractui, alias inualido; vt resoluit *Couarr.*  
*2. p. de spons. cap. 3. §. 5. num. 2.* etiam si credi-  
 tor vsurarius sit, vt in *cap. 1. de iur. iur. in d.*  
*cap. debitores, tenet Oldrad. cons. 241. in fin.*  
 Aliter enim non compulsus esset creditor  
 vsuram exercens illud iuramentum rela-  
 xare debitori, & ideo potest compelli cum  
 obligatio quæ sita sit tibi, vt in *d. cap. 1. San-*  
*ctus Thomas, & Caietanus 2. 2. q. 89. artic. 4.*  
*ad 2.* Ex quibus infertur, quod licet Deo  
 quærat ex iuramento obligatio, vt in *d.*  
*cap. debitores, ibi: Cogendi sunt Deo, &c.* Re-  
 laxante tamen, & remittente creditore suã  
 obligationem quæ ex iuramento quæritur.  
 Soluitur etiam illa quæ Deo ex iuramento  
 acquiritur: vt tenet *Couarr. in d. cap. quam-*  
*uis pactum, 1. p. §. 3. num. 1.* & idem est dicen-  
 dum in excommunicatione lata à iudice in  
 fauorem alicuius: vt tenet *Innocent. in cap.*  
*propterea de appellat. num. 5.* Votum autem  
 nõ fit nisi Deo: vt in diffinitione dixi, quod  
 est promissio Deo facta est quippe votum  
 actus Religionis, & tenet *S. Tho. 2. 2. q. 88.*  
*artic. 5.*

Tertio differunt votum, & iuramentum,  
 quod iuramentum non potest ita vt votum  
 esse



esse solemne, nullo enim iure est in dicta forma, aut solemnitas qua distinguatur iuramentum simplex à solempni: licet bene quatenus differat iuramentum à simplici loquella; vt resoluitur *in cap. iuramenti 22. q. 5. & Couar. in d. cap. quantum pactum, 1 p. §. 2. num. 1.* Omne iuramentum igitur rite, & rectè factum iuxta formam Ecclesiæ est solemne, & nullum potest dici simplex iuramentum, nisi distinguatur à solempne, *iuxta gloss. magnam in fin. in cap. Archidiaconus 85. dist. vbi appellatur iuramentum solempne, quod publice fit, & hoc non facit solempne votum; etiam si publice emittatur coram tota Ecclesia: vt dicit gloss. mag. in cap. rursus, qui Clerici, vel vo. sent. mal. cont. possunt,* quo fit vt iuramentum non solempne, & si quod est solempne aliter fit solempne quam votum; votum enim nemo dubitat quod distinguatur tam in forma, quam quo ad multos effectus in solempne, & simplex: vt in *c. unico de voto in 6. & in d. cap. rursus.*

Quarto differunt votum, & iuramentum, quia iuramentum præstat, semper cum aliqua necessitate, & quoddam modo coacte, & ratio est, quia Dominus dixit,

*Matth. cap. 5. Sit sermo verter, est, est, nō, non,*  
*quod amplius est à malo: vt habetur in capit.*  
*at si Christus de iur. iur. in cap. ita ego 22. q.*  
*1. in cap. si quis presbyter 2. q. 4. Secus tamen*  
*est in voto, quia est actus spontanæ vo-*  
*luntatis, vt supra dictum est, & probat text.*  
*in cap. 1. de his quæ vi, cap. 1. de regul. quo fit*  
*vt nullo modo sit prohibitum votum, secun-*  
*dum Hostiens. in Summa, de voto, n. 6. Ioann.*  
*Maior. in 4. dist. 28. & inde dicimus, quod*  
*votum est res consilij, iuxta illud vouete, &*  
*reddite Domino vota vestra; prout habetur*  
*in cap. magnæ de voto, qua ratione dicebat*  
*gloss. in cap. si quis votum 27. q. 1. tolli matri-*  
*monium voto, non autem iuramento ex eo*  
*quod non vouere licet, iurare autem non*  
*licet nisi vbi necessitas aliqua suadeat, aut*  
*cogat: sed tu dic, quod ratio glossæ non cō-*  
*cludit, sed illa ratio; quod si loquamur in*  
*voto simplici non tollitur matrimonium,*  
*bene tamen per solemne, vt notant omnes*  
*in cap. 1. de voto in 6. & in d. cap. rursus.*

Differunt etiam votum, & iuramentum  
 in hoc, quod iuramentum numquam nisi  
 expressis verbis, aut factis, aut signis fit, in  
 valentibus etiam non loqui, vt inlinuat glo.

magna

*magna in fin. in summa 22. q. 1. Couarr. in d. cap. quamuis pactum, 1. p. in princip. n. 4. nunquam tamen tacite, ut in cap. penulti. Et ibi Abb. num. 3. de iur. iur. votum autem non solum potest esse expressum, simplex & solemne, verum etiam tacitum, ut in cap. unico de voto in 6. ibi: Quod solemnizatum fuit susceptione sacri ordinis.*

devoto

Differunt etiam in hoc quod licet verum sit quod ratione iuramenti quis efficiatur de foro Ecclesie, ut in cap. vlt. de foro comp. in 6. & idem ratione voti, ut ampliat Abb. in cap. licet, notabili 3. de voto; inde arguens de vno ad alterum, in hoc tamen differunt, quod hæres iurantis non fit de foro Ecclesie ratione iuramenti à prædecessore interpositi; cum iuramentum sit personale, in voto autem non solum ipse vouens fit de foro Ecclesie; ut supra verum hæres ipsius etiam est de foro Ecclesie, secundum Abb. in d. cap. licet num. 7. per tex. ibi facit tex. in l. 1. C. de hereditarijs action. in l. si partum, ff. de probationibus, in l. eum qui ita, §. 1. de verbor. ibi: Hæredis expressio supervacua est.

Differunt etiam quo ad vim obligandi,

nam



nam maior est obligatio adimplendi votum, quam iuramentum, secundum *S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 8.* ea præcipuè ratione, quod obligatio implendi iuramentum causatur ex reuerentia quæ Deo debetur. Sed obligatio voti causatur ex fidelitate, quam Deo debemus, quod est maius vinculum, quam primum, secundum *S. Thom. ubi sup.*

Ultimo differunt in hoc, quod licet utrūque obliget, & si de re leui præstitum sit; vt dicit *Caietanus sup. S. Thom. 2. 2. q. 89. arti. 7.* in hoc æquiparans votum, & iuramentū. Differunt tamen, quia periurium semper est peccatum mortale, *ex cap. verum in fine de iure iurando*, ibi: *Non sunt ob hoc tamquā pro mortali crimine puniendi*; vbi licet pœna non imponatur periuro in eo casu; vt pro mortali peccato, nihilominus mortaliter peccet; vt ex eodem *tex. ultra DD. resoluit S. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 3.* Votum autem ratione materiæ; vtpote si sit leuis, aut minima frangere semper est peccatum veniale, secundum *Soto lib. 7. de iust. & iur. quæst. 2. art. 1. col. 3.* Quæ omnia submitto animaduersioni Sanctæ Matris Ecclesiæ, tamquam Christi seruus ad ipsius laudem, & gloriam  
 aqua

*Concordia.*

55

aqua emendari si quid minus apte dixi  
semper cupio, & vnicuique rectius sen-  
tienti. De his actenus cum ad alia maiora  
perueniamus, quæ me desiderant de qui-  
bus cito me expediam typis mandare

me sollicitat cura. Atteca,

1 Anno 1649.

**FINIS.**









